

ΒΕΡΟΙΑΣ

62122 01345

MDCC LIII

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Βέροιας

V I R I S

M A G N I F I C I S, S V M M E
VENERABILIBVS EXCELLENTISSIMIS
ATQVE AMPLISSIMIS

C H R. F R I D. B O E R N E R O

Sanctioris disciplinae Doctore consummatissimo, Professorique
Primario ac Seniori, praefulatus ingenui Misenenfis
custodi, sacri Senatus Adfessori, cetera.

S A L O M O N I D E Y L I N G I O

Sacr. Litt. Doctore, Professore sui que Ordinis iam Decano
eminentissimo, Capituli Cizensis Canonico, Consistorii
Adfessori, Lipsiensium Dioecesis sacrae
Superintendenti, cetera.

I O. C H R. H E B E N S T R E I T I O

Eiusdem diuiniore doctrinae Doctore ac Professore
celeberrimo, cetera.

C H R I S T I A N O G O T T L. I O E C H E R O

Itidem sacr. litterarum Doctore atque Historiarum Professore
longe dignissimo, Bibliothecae Academicae Praefecto,
cetera.

C H R I S T O P H O R O W O L L I O

Earundem meritissimo Doctore, et extra ordinem Professore,
ad aedem S. Thomae Archidiacono, cetera.

I O. E R H. K A P P I O

Eloquentiae Professore lectissimo ac praestantissimo,
cetera.

et

I O. C H R I S T O P H. G O T T S C H E D I O

Logicae ac Metaphysicae Professore maxime conspicuo,
cetera.

TOT INCLVTIS AC SVMMIS
VIRIS
PRAECEPTORIBVS,
PATRONIS,
FORTVNAE STATORIBVS
AETERNVM VENERANDIS
PARVAM ILLAM GRATISSIMAE
PIETATIS TESSERAM
QVAM CVMQVE FORTVNAM, LAETITIAM,
GLORIAM, FELICITATEM
ADPRECATVS

D D D.

IO. GOTTFR. HAVPTMANN.



V I R I

MAGNIFICI SUMME VENERABILES
EXCELLENTISSIMI ATQUE AMPLISSIMI,

PRAECEPTORES PATRONI DIGNITATIS
AMPLIFICATORES MAXIMOPERE
COLENDI,

ORATORES ATHENSIS SAXONICIS
PRIMARIJ.



Sunt eximia sane, quibus, ab omni-
bus ac singulis VOBIS, adse-
ctus sum, beneficia.

Quid in primis de TE dicam, beneficen-
tissime atque indulgentissime BOERNE-
RE, decus academiae Lipsiensis, praesi-
dium meum? Haud docuisti tantum adsi-
dium: sed etiam excepisti domicilio, mu-
neribusque ac stipendiis cumulasti; pari-
ter FILIVM, virum iam experientissimum,
cuius

quando commendans, et labores imper-
tiens, in publica bibliotheca, quibus, TE
auspice et gubernatore, non ipsi tam prod-
esse potui, quam mihi.

Haud TV minus emines, annis ac meri-
tis maxime venerabilis DEYLINGI.
Artem interpretandi, historiam et pruden-
tiam sacram, cupido tradidisti; examinan-
do ac disputando praefuisti; patrocinium
coniunxisti omnino singulare, FILIOQUE,
Viro iam consultissimo, addere quondam
studiorum comitem voluisti; ni Geram
tunc euocasset prouidentia diuina.

TV quoque, consecrata deuincti disci-
puli memoria, dignissimus es, indefesse et
consummatissime HEBENSTREITI.
Sacri codicis interpretationibus TVIS ad-
fui: coetus nostri *Symbola*, TE praeside,
toties defendi: sapientissimis, in erudien-
da iuuentute, consiliis frequentissime sum
iutus, patrocinioque, tam absens quam
praesens, hilaratus.

Iisdem de causis, TVA veneror benefi-
cia, praesertim suspiciende IOECHERE,
qui non solum historiam Germanicam, lit-
terariam, vniuersam percensuisti; verum
etiam singulatim fouisti clientem. Immo
pro-

✱ ✱ ✱

proprium, idemque maximum addidisti munus: quo TV, prae ceteris, GENE-ROSISSIMO AC MAGNIFICO MAECENATI me commendando, iuivisti, ut Geram, a CELSISSIMIS gymnasii STATORIBVS, peregrinus et ignotus inuilarer.

Similiter huius modi commendationibus, siue Dresdam spectem, siue recentiore aliquam occasionem, praeter doctrinas philosophicas et sacras, TV me potenter fulcire studuisti, maximopere colende WOLLI.

TE iure pariter, nec sine faustis omnibus, adloquor, eloquentissime KAPPI, qui princeps, qua Lipsiae sum gauisus, fortunae faber, doctrinas, consilia, commendationes, praesidium, bibliothecam, liberaliter, omni tempore, ac paternis modis, concessisti; neque postremam TIBI partem, huius libelli de publicatione, vindicas.

Nec umquam TE filebo, celeberrime GOTTSCHEDI, cui poesi Germanicam ac plurimas, tum praesenti tum absenti praestitas, gratiae beneuolentiaeque testifi-



Haec omnia profecto singulorum beneficia tanta sunt: ut impius forem, si, non dicam obliuiscerer; sed haud, omnibus modis omnique occasione, praedicarem. Recordari sane praesertim soleo: siue piis DEVM precibus veneror; siue salutare quidpiam, pro virium tenuitate, commilitonibus instillo. Solatium ibidem inuenio: si quando minus grata premunt; aut se difficultates opponunt. Ita vero, dum adhuc munus VESTRVM continuatur: cumulatur etiam in dies debitum obstrictae mentis officium. Huc vsque non habui commodiorem, id ipsum, sollemni ritu profitendi, occasionem: praeter hanc ipsam, qua vere Atticam orationem viri facundissimi, publicae luci trado. Nam, aut Athenas cogito; Lipsia venit in mentem: aut Lycurgum; ad eloquentiam VESTRAM euehor: aut quidquid est laboris mei; VOBIS me plurimum debere, lubens agnosco. Libellum igitur accipite, non ex pretio, sed offerentis animo, diiudicandum et aestimandum: accipite gratissimi sensus et motus primitias; meque, pariter in posterum, recordatione, gratia, tutela, providentia VESTRA, dignamini. Scrib. Gerae Id. Nouembr.



P R A E F A T I O.



Quam, publici iuris ante bien-
nium fecimus, repetita nunc,
exemplis iam ex aliquo tem-
pore desideratis, adest, ora-
tio; fatis insigni documento
non omnino displicuisse literatis conatum.
Ut in prioris editionis contextu, praeter pau-
cissima loca, fatis manifesto vicio laborantia,
nihil fere mutaueramus, accurata potius col-
latione germanissimam, ut arbitramur, cum
editione TAYLORIANA, consensionem
adsequuti: sic et hic eiusdem fuimus instituti
tenaces; nil quidquam maiore confidentia spe-
rantes, quam futurum, ut, absentibus nobis,
illam quoque custodiat operarum accuratio.
Selectas quidem observationes iterum dedi-

P R A E F A T I O.

nimus, nihil esse notatu dignum omisſum. Et, licet vel maxime perpauca ſuperflua deſint, ex adiectis tamen, illuſtris praefertim TAYLORI diligentia, ſatis ſuperque, patebit. Singulis illius obſervationibus, vt et H. STEPHANI, IOSEPHI SCALIGERI, GROTII, PALMERII, auctorum nomina ſubiunximus: quibus nihil adiectum, noſtrae ſunt, auctae nunc plurimis, et amplificatae. Faciliorem in primis contextus intelligentiam hic loci ſpectauimus, interpretatione Latina remota, (cuius loco, forſitan alioqui, παράφραſιν liberioſorem, eruditorum quorundam precibus ſatiſfacturi, ſingulatim edemus) tanto magis iuuandam. Ad fulciendum iſtud inſtitutum; vocabula difficiliora exponere, figere πολύσημα, linguarum harmoniam quaerere, neque minus deficientium vocabulorum indicium facere, laboramus. Conſenſionem linguarum euoluimus, Germanicae pariter et Graecae: non, quaſi nos in mare profundum controuerſiarum immitteremus, vtra lingua praerogatiuam mereatur antiquitatis? Noſtrum haud eſt tantas lites componere. Delectamur ſolum, vel ob memoriam, conſenſione; quam inuenire non raro ſolemus, et in coniungendi modis, et in particulis radicibusque vocabulorum: mutatis ſaltem, ad certas regulas, ſiue

P R A E F A T I O.

siue consonantibus, siue vocalibus, cognati
 litterisque subinde transpositis. Quas quidem
 ad regulas, alibi forsitan fusius ac distinctius
 exponendas, si rem examinamus, dum suum
 cuique caput, suus pileus est: mihi certe
 primis a nostrae gentis auctoribus, qui, facilius
 superant Graecos antiquitate, tot per inter-
 ualla, tot linguarum per mutationes, ad nos-
 trum usque tempus, progredienti, simulque
 veterum testimonia consulenti, pluribus omni-
 no momentis, hodierna lingua Germanorum
 antiquae Graecorum ac Latinorum obnox-
 videtur. Altera nostrarum observationum
 cura fuerunt antiquitates Graecae; quae, ta-
 tum non omnes, inter percensendum, similes
 illustrari possunt; hic autem auctoribus quibus-
 dam additis, indicantur potius, quam ex-
 ponuntur. Idem in historia Graecorum ciuium
 factum est; praecipue, dum, Cornelii Nepoti
 tis, a studiosa iuuentute trito, cum libello
 consentiens amice Lycurgus, passim accipere
 lucem, passim dabit; ac simul occasionem prae-
 bebant historiae Graecae praestantiorum parte
 interpretandi. Minutis autem de historiis
 non aequae solliciti fuimus. Inde, cuique, ob-
 scuriorum nominum illustrationem, sarta
 propemodum et integram, seruamus; parum
 pensi habentes, quod temere saepius extri-

remus, quis Amyntas, quis Timochares, quis Philomelus, quive alii fuerint? Nec etiam de Hyperide reliquisque notioribus commentantes, rem alieno loco tractare volumus. Euoluamus, si plura cognoscendi voluptas haeret, FABRICII *bibliothecam Graecam* atque ceteros auctores, illud argumentum ex instituto persequutos. Porro, si quid, antecedentium in observationibus, emendatione dignum existimauius, corrigendum curamus: id quod, in primis cel. Anglum haud aegre laturum arbitramur: dum salua cuiusque veneratione gloriaque factum est. Homines sumus, nec ab omnibus semper partibus rem contemplari valemus. Itaque distrahimur sententiarum subinde diuortiis, animis nihilo minus coniunctis et amicis. Erunt, quibus mea forte non nulla displicuerint: nec vnquam repudiabo, meliora, tam beneuole quam accurate, docentes. Denique, dum rem vnam saepius inculcare noluius: haud in deterius accipiet aequus rerum arbiter; si, quandoque recurrit difficile verbum, ex antecedentibus, cui labori Graecus vocabulorum index, duplo iam copiosior, suppetias feret, explicationem sumere, vel, Attica Lycurgi de dialecto, vel aliam huius modi, tractationem, adire, cogatur. Ad ordinem illarum commentationum, de quibus

P R A E F A T I O.

quibus nihil praeterea monendum esse putamus, quod adtinet, videntur quidem plures, nec sine causa videntur, post contextum Lycurgi, legitimum locum inuenire. Sed, excusabunt illud ὕστερον quasi πρότερον, qui, nos earum seriem conuellere noluisse, perpenderit. Auctoris contextum in minora membra diuisimus, incommodum editionis antecedentis euitaturi. Numeros hic seruare debuissimus Graecorum. Quoniam vero pariter iis confulere maluimus, qui, minus eorum gnari, saltem obseruationes euoluunt; indicumque simul in numeris consensionem seruire: Romanos et Arabicos praeferendi, legitimas fuisse rationes, opinamur. Duplicem adhaec indicem recens addidimus, vel συναρξαφίαν, historiae nimirum Graecae, temporum ad ordinem, et antiquitatum, qualis, Germanicarum, Tacito nostro subiungitur. Vtramque iuuandi causa, varias obseruationes, per se non utique necessarias, adiunximus, ut, propter studiosam iuuentutem, simul primas lineas duceremus, aliis in scriptoribus explicandis salutaribus, ubi tunc iisdem parcere poterimus, adlegantes Lycurgum. Neque tamen vel hic profusi fuimus; dum rem saepius adlegatam, subinde coniecturis adsequi lector, subinde supplere, cogetur, vnde patebit, huc habito re-

specū, nos in defectu potius, quam in excessu peccasse. Nihilo minus, et observationes et indices, vel tunc admodum inseruiant; si quis, vna fidelia, plures dealbare volens parietes, eodem tempore, simul historiam Graecam et antiquitates eius gentis, inculcare laboraret, fontes simul argumentorum indicatos repperiturus, in recentioribus praesertim, quorum copiam suppeditauimus, scriptis.

Quodsi finis huius modi conatum quaeratur: in primis quidem studiosam iuuentutem nominauimus. Vti tamen isthac oratione poterunt, non omnes solum eruditi generatim propter linguae puritatem et elocutionem: sed quoque singulatim, tam theologi, propter insignes morum doctrinas atque praestantiam eloquentiae; quam iure consulti, propter accuratam et acutam Leocratis accusationem. Vtrique profecto magis iuuarentur: si paullo diligentius versarent Graecorum pariter ac Romanorum orationes. Illi fontes aperirent, unde clarissimi quique concionatores sacri, praecepta sua, rigarunt: hi vero, melius passim, quod consignare solent libellos, lucubrare, disputationesque forenses instituere, docerentur.

Ceterum

Ceterum, si calculos institutum illud nostrum mereri perget; indidemque concitabuntur Lanckisiani heredes, viri celeberrimi ac providentissimi, ut, et in posterum, honestis conditionibus locum relinquunt; aut alii bibliopolae non deerunt: alias et maiores scriptorum Atticorum reliquias, propitio DEO successuque temporis, eadem ratione, vel potius diligentius ac perfectius; nam quodlibet initium est graue, dies autem diem docet, percensere volumus. Praesertim, quoniam adhuc in limine versamur commentationum, *de scriptoribus Atticis*, tantum generalium: neque spectest, iis solis, quae dare solent ansam, occasionibus ac rationibus, finem aliquando consequendi. Merito forsitan, quod multiplici iam in aere sumus ad magno promissores hiatu referendi videbimur. Ac fere, dum praesertim a genio saeculi pendemus, cui se, non praeter rationem, accommodare solet, impensae facientium alacritas, vel mora; tamquam oculis videmus, haud omnia redactum ad exitum iri, quae suscepimus. At tamen, nemo non iure vituperabit: si, quorum sit amplum a nobis initium factum, profitendo, publicae singula peruestigationi vel consensioni subiiciamus. Quam, vel non nullis denique ferentibus operum nostrorum, aeternis cetera tene-

P R A E F A T I O.

bris addicemus; aut posterorum, adnuente DEO, relinquemus executioni: quaeque tenuitas est virium nostrarum, nos quidem intentos vtilitati communi partibusque nostris fuisse, putabimus. Illam igitur adprobationem, donec nondum exploratam habemus; plura passim delibantes, velut apes, vagamur: adepti vero, nidum figemus constantissimi. Nominatim, postquam elaboratas seruamus, et institutiones poeticas et antiquitates, vbi tantum coniunctio seu munda scriptio restat, simul atque qui redimat erit, addenda; nunc oratoriis institutionibus, magis magisque poliendis ac supplendis, vigilias, impendere pergemus. Hinc, et prae ceteris oratores Attici spectantur a nobis: quamquam neque reliqui, siue fuerint historici, siue philosophi, siue poetae, siue quicumque, nostris a partibus abhorrent. Ita vero BENEVOLVS LECTOR aequi bonique consulat labores, vel hic exantlatos vel susceptos: sibi que nos habeat quam commendatissimos. Scrib. Gerae, Id. Nouembr.

A. R. D. CIO IO CCLII.

COMMEN-

Διὰ τὸν Κέντυριον Βιβλιοθήκην Σχολῆς



COMMENTATIO I.

E L O G I V M
L Y C V R G I.

De Lycurgo breuiter commentaturis maxime dolendum esse videtur, intercidisse PHILISCI, tantum non eiusdem aetatis et iisdem fere doctores vfi, quippe dum rhetoricam ab Isocrate didicit, qua vitam exposuit nostri, lucubrationem *a*). Nunc quaecumque scribere possumus, inter antiquos, PLUTARCHO, si verus est auctor, PHOTIO et aliis perpaucis, debemus: inter recentiores autem, post IO. MEYRSIVM *b*) et IO. ALB. FABRICIVM *c*) IO. TAYLOR *d*) Anglus praetulit facem.

II. Erat

a) SVID. VOC. Φίλισκος. PLUTARCHVS in vita Lyfiae.

b) *Bibl. Att. it. lect. Att.* III, 3.

c) *B. Gr.* III, 26. 7.

d) In editione sua, qui de Lycurgo non nihil praefatur.

II. Erat autem Lycurgus Lycophronis *) filius, Lycurgi nepos; qui, quemadmodum Diomedes et alii maiores eius, propter benevolentiam, populo significatam, viui pariter et mortui, honorati fuerunt, ac sepulturam in Ceramicō consequuti. Familia dicebatur τῶν Ἐτεοβουταδῶν, apud Atticos longe nobilissima; quae sacra praerogativa nitebatur e): dum, ex eadem, ipsae primariae sacerdotes Mineruae, simulque Neptuni potissimum antistites, legi solebant f). Tam nobiles tamque bene meriti maiores, postquam Athenis, ad olympiadem nonagesimam tertiam, natus erat g), eminentibus adeo vestigiis insistendi graue munus imposuerant; cui tantum abest, ut deesset, ut vicisse potius illos omnes videatur.

III. In

- *) Nomina parentum addi vulgo solebant apud Graecos nominibus, distinctionis ergo, v. PERIZON differt. Triad. diss. I. p. 31.
- e) AESCHINES contra Ctesiph. non longe ab initio conf. HESYCH. et SVIDAS. Sic et APOSTOLIV VIII, 62. Ἐξ Ἐτεοβουταδῶν ἔλκει τὸ γένος. ἐπὶ τῶν ἐυγενῶν. γένος γὰρ πολὺ καὶ λαμπρὸν αὐτοῦ Βούτου, ἀφ' οὗ οἱ ἱερεῖς καθίσταντο Ἀθήνησι.
- f) NICEPH. GREGOR. in Scholiis ad Synes. or. de insomnia. Ἐτεοβουτάδα γένος τι ἀρχαῖον ἐπίσημον ἐν Ἀθήναις, καὶ περιφανές, ἀφ' οὗ αὐτῶν Ἀθηναῖς ἐξελέγοντο ἱερεῖαι.
- g) Fuit enim aliquot annis Demosthene maior v. argum. or. Dem. contra Aristogitonem. Praeterea quae nouimus Lycophronem patrem a XXX. tyrannis occisum esse.

III. Ingenium statim a natura, quod vitae curriculum testatur, nactus est erectum, seuerum, patiens, honoris studiosum: cui quidquid atrae bilis admixtum erat, ab animi superiore conditione premebatur; vt nec in avaritiam erumperet; nec iustitiam laederet; licet atrocitati, quam clementiae, propior fuisse, iure meritoque credatur *b*). Orta fuit inde non minus morum integritas, verborum fides, vitae temperantia et constantia; quam in accusando, iudicando, leges ferendo, quaedam acerbitas, ac seueritas singularis *i*). Praesertim cum doctrinae rigor

A 2

ad

b) Sanguinea constitutio, quam dicunt, minimas sibi partes vindicabat: vnde partu difficili orationes edidit, et sexui praesertim femineo parum indulgit. Quod vel lex ista, quam ipsius vxor prima laesit, quae prima quoque poenam luit, manifestum reddet, v. AELIANVS V. H. XIII, 24. init. Hinc et minime delicatus, cum diuitiis abundaret, vt in vrbe nemo magis, vnicam nihilo minus vestem, aestate pariter et hieme, gestabat, v. PHOTIVS cod. CCLXVIII. p. 1486. ed. Rothom. neque lectulo minus vrebatur durior THEON. *progymn.* p. 140. ed. Camer.

i) DIOD. Sic. L. XVI. de Lycurgo: οὗτος τῶν τότε ἐπὶ τῶν μέγιστον ἔχων ἀξίωμα, καὶ δώδεκα μὲν ἐτὴ τὰς προσόδους τῆς πόλεως δικικῆσαι ἐπαίνου- μένως, βίον δ' ἐξηκὼς ἐπ' ἀρετῇ περιβόητον, πικρότατος ἦν ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος. Hinc, ad nostrum potius, quam Laconem, accommodat TAYLOR, quae, de Lycurgea seueritate, dicuntur apud PLAVTVM *Bacchid.* II, 1, 1. CIC. L. I. *ad Attic.* ep. 10. 13. AMMIAN. MARCELL. XXII, 9. XXX. 8. cer.

ad indolem adiungeretur, ipseque proficere laboraret adstricta lege. Magistros habuit, philosophiae Platonem *k*), Isocratem eloquentiae; quos et Demosthenes deinceps et Hyperides, una cum plurimis, in ciuitate tunc principibus viris, coluerunt.

III. Illi nimirum dicatus, ad rem publicam mox accessit, ibique non exiguis honoribus et magistratibus functus, domi forisque clarere coepit *l*). Auxiliatrices ipsi manus, contra Philip-
lippum

Eandem ante sententiam fouit VALESIVS ad MARCELL. l. c.

k) OLYMPIODORVS, ad *Gorgiam PLATONIS*: ὅτι Φίλισκος ὁ ῥήτωρ, γράφων τὸν τοῦ Λυκούργου βίον, φησὶν, ὅτι μέγας γέγονε Λυκούργος, καὶ πολλὰ κατώρθωσεν, ἃ οὐκ ἐστὶ δυνατόν κατορθῶσαι, τὸν μὴ ἀκροασάμενον τῶν λόγων Πλάτωνος· ἦν δὲ καὶ ὁ Λυκούργος οὗτος ὁ ῥήτωρ, ἀκροατὴς Πλάτωνος, conf. CHAMAELEON ap. DIOG. LAERT. L. III. n. 31. ed. Longol.

l) RHOTIVS Cod. CCLXVIII. p. 1482. ἐπολιτεύσατο δὲ καὶ λέγων καὶ πράττων ἐπιφανῶς. καὶ τὰ τῆς πόλεως χρήματα διοικεῖν καταπιστευθεὶς ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας κατὰ τὸ ἄριστον ταῦτα καὶ Φίλοπονώτατον ταλάντων μυρίων ὄντα καὶ τετρακισχιλίων διωκῆσατο. χειροτονηθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν. ἄλλα, τε πολλὰ τῆς πόλεως κατερῆγκότα ἐπανέλαβε, καὶ τρεῖς τῶν δήμῳ τετρακοσίας παρετκένυσε· Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἔργων ἡμιτελῆ παρειληφώς, εἰς τέλος προήνεγκε. κ. τ. λ. Vbi iungitur e. g. quod naualia rerumque necessariorum armentarium perfecit,

lippum praecipue, tulit Demosthenes, qui non solum legationem ad Peloponnesios una suscepit, verum etiam, inter aemulos exemplo singulari, viuo pariter ac mortuo, sincera praestitit amicitiae documenta. Lycurgi tamen, excellentior habebatur, integritas et continentia, quippe cui, vel soli, quaestoris militaris munus, urbis custodia *m*), cognitio facinorum crederetur. Quam laudabiliter hic fuerit versatus, plebis scitum ostendit, auctoritate publica, post obitum illius, a Stratocle, Eurhydemi filio, pronuntiatum. Insunt isti, praeter alia, quae sequuntur: Λυκούργος αὐτὸ πολιτευόμενος νόμους τε πολλοὺς καὶ καλοὺς ἔθηκε τῇ πατρίδι, καὶ γενόμενος τῆς κοινῆς προσόδου ταμίας τῇ πόλει ἐπιτρέπει πενταετηρίδας καὶ διανείμας ἐκ τῆς κοινῆς προσόδου μύρια καὶ ὀκτακισχίλια καὶ ἑνακόσια τάλαντα, πολλὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ πίστεως λαβὼν καὶ προδανείσας καὶ εἰς τοὺς τῆς πόλεως καιροὺς, καὶ τοῦ δήμου τὰ πάντα ἑξακόσια καὶ πεντήκοντα τάλαντα, δόξας δὲ ἅπαντα ταῦτα δικαίως διωκηκέναι πολλῶν ἐστεφανώθη ὑπὸ τῆς πόλεως. ἔτι δὲ αἰρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου χρήματα πολλὰ συνήγαγεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ παρασκευάσας τῇ Θεῷ κόσμον, νίκας τε

A 3

όλο-

quod ipse quoque fundamentorum iaciendorum, in stadio Panathenaeico, fuerit auctor, cet.

m) PLUTARCHVS in Lycurgo: "Ἐσχε δὲ καὶ τοῦ ἄσεος τὴν Φυλακὴν καὶ τῶν κακούργων τὴν σύλληψιν ὅς ἐξήλασεν ἅπαντας· ὥς καὶ τῶν Σοφιστῶν ἐνίους λέγειν: Λυκούργου οὐ μέλανι ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν οὕτω συγγράφειν. PHOTIUS l. c. p. 1483. 19.

ἐλοχρύσευς πομπεῖά τε χρυσᾶ κ
 μον χρυσοῦν εἰς ἕκαστον Κανηφόρ
 δὲ ἐπὶ τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς
 λαὸ καὶ βελῶν μυριάδας πέντε *
 ἀκρόπολιν τετρακοσίους τριῆρε
 κεύασε τὰς μὲν ἐπισκευάσας τ
 πηγησάμενος. πρὸς δὲ τούτοις ἡ
 τούστε νεωτοίκους καὶ τὴν σκευ
 τὸ Διονυσιακὸν ἐξεργάσατο καὶ ἐ
 διον τὸ παναθηναϊκὸν καὶ τὸ γυμνά
 κατεσέευσεν καὶ ἄλλαις πολλαῖς κ
 σε τὴν πόλιν — Πολλάκις τῷ
 ἐλευθέρῳ καὶ δημοκρα-ρυμένη τῇ τ
 ξέλεγκτος καὶ ἀδωροδόκητος τ

*) Hoc pariter non solum publico
 diuini cultus gratia, maximis n
 in primis cum ita gratissimum
 solum Mineruae Martique, veru
 misque ceterorum numinum.
 omnes constat, de Vulcano, vel
 πανδαμάτωρ, κλυτοτέχνης, κ
 tur, ostendunt v. e. g. HOM. II. I

**) De locis illis v. HEYMANN
 p. 276. sq. 888. sq. ut simul de
 Iyh. L. I. c. 14. §. 4. PFEIFFER
 COEL. RHODIG. VIII, 8. FA
 §. 3. cel. I. G. WALCHII diss. de
 Rom. p. 13. sqq. AD. RECHENB
 andrino, IO. IONSIUS de scrip
 c. 2. GE. GVIL. DIETZ von dem Vor
 len vor den alten Schulen der Gri
 Aëtis schol. T. VII. p. 296. sqq.,

Dignum sane magistratum quorumvis aemulatione, testimonium, idemque publicum.

V. Neque fructu excidit administrationis, tam dextrae tamque sinceræ. Commemorat, vnde sumimus ista, decretum, quod non ipsum solum, cum deditionem oratorum vrgeret Alexander, haudquaquam dediderit populus *n*); sed iustitiæ pariter ac virtutis ergo *o*), aenea in Ceramico imagine donarit, adhaec publice laudari praeceperit, posterorum natu semper maximo, in Prytaneo, victum concesserit, et eius omnia decreta, quo tanto magis rata perstarent, in lapideas incidenda columnas, et in arce publica proponenda, curarit.

A 4

VI. Sed,

n) PLUTARCH. in Phocione PHOTIVS l. c.

o) DEMOSTH. ep. III. εὐτὼ δ' ἐπιστεύετε αὐτῷ καὶ δημοτικὸν παρὰ πάντας ἡγεῖσθε, ὥστε ποῖα τῶν δικαίων ἐν τῷ ΦΗΣΑΙ ΑΤΚΟΤΡΓΟΝ ἐκρίνετε. Eodem spectant quæ RUTILIUS LYPVS ex DEMOSTHENE excerpfit: *Atque ego illum, indices, arbitror Lycurgum laudatorem producturum, scilicet qui sit testis eius pudori ac probitati. Sed ego Lycurgum vobis praesentibus hoc unum interrogabo, velit ne se similem esse illius factis et moribus? Quod si negarit, satisfactum vobis esse de veritate nostra debet.* PHOTIVS l. c. διετελεσε τὸν τοῦ βίου χρόνον εὐδοκίμων καὶ δίκαιος εἶναι παρ' Ἀθηναίοις νομιζόμενος. P. COELEMANNVS in dedicatione operis prosodici Græci noui p. 6. Lycurgus, cuius tanta semper Athenis fuit gloria, ut in iudiciis Lycurgum nominasse, patrono videretur esse auxilium.

VI. Sed, adiungi pariter mors eius ac publicum funus merentur. Olympiade nimirum citius CXIII. aetate ac morbo ingrauescente, non solum in curiam delatus, rerum a se gestarum quod ratio constaret, inquisitionem publicam postulat, ibique Menesaechno, obrectatore antiquo, quam facillime confutato, ceteri quiui haud vnanimi sine plausu, merita ipsius agnouerunt, laudauerunt, commendauerunt. Paulo post cum omnium rerum, per vnumquemque per modum diem gestarum, documenta publico loco curasset exponenda, non sine generali consensu, decessit, totamque ciuitatem, cum esset, habuit comitem, et in academia sepulchrum; qui singularis, non nisi quam optime meritorum, honos erat *p*).

VII. Ira vero ciuilibus meritis gloriosus exiit; sed litteraria non fuere minora. Cum ipse doctrina valuit, tum eruditos quam maxime laudauit. Ad posterius quod attinet, exemplo potest esse Xenocrates, philosophus, e familia Peripateticorum, grauissimus, quem, inopem et iniuriis publica pressum, eripuit, non sine gloria gratumque *q*). Sed, potior est, ipse quae pollebat, eruditio

p) PAVSAN. in *Attic.* c. 28.

q) PLUTARCHVS in *Lycurgo* item in *Flaminio*. Eodem spectant inter *Lycurgi* leges e.g. τοὺς κωμαδοὺς ἀγῶνα τοῖς χύτραις ἐπιτελεῖν ἐφ' ἑκάστην τῶν θεάτρων καὶ τὴν νικήσαντα εἰς ἀστυ καταγεσθαι item χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν Ἀισχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τῶν τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῇ γραψαμένους Φυλάκῃ.

dirio, quam eloquentia, vel in primis, exhibuit. Hanc, non in foro solum, crebro, vehementius ac potentius exercuit; sed scriptis quoque speciminibus demonstravit. Exstiterunt ipsius orationum, aetate Plutarchi, quindecim; totidemque commemorat PHOTIVS r); a severo lectas esse negat. Hodie non nisi vna superest, cum nominibus perditarum: quae diligenter collegit MEVRSIVS; FABRICIVS autem, in ordinem redactas, non sine iudicio critico, reperit. Tanto maior est iactura, quo magis insigni gravitate studioque composuit omnes r).

VIII. Attamen, luculentissimum restat documentum; si vel nullam haberemus cetera audantium auctoritatem r). Aduersus Leocratem,

A 5

iniquo,

τειν καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν. conf. comm. nostra de Aeschilo et eius Tragoediis, quique ibi adlegantur nota ff).

r) Cod. CCLXVIII. Λυκούργου δὲ οὐδενὸς τῶν ἄλλων ὅσα γε τελεῖν εἰς ἑήτορας καὶ δημαγωγούς τὸ ἔλαττον φερομένου, οὕτω παρῆσθεν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγινῶνα. Φέρεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐξ ἰστορίας πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν. conf. Cod. CCLXII. it. ΣΥΝΔΑΣ Λόγοι δὲ αὐτοῦ εἰσιν οἱ σωζόμενοι γνήσιοι κ. τ. λ.

r) PETRVS LAMBECIVS de bibl. Vindob. L. VII. p. 127. Debet is forsitan PHOTIO l.c. p. 1486. quod dies noctesque, fuerit in meditatione defixus, minime nimirum ad eloquentiam extemporalem, idoneus.

iniquo rei publicae tempore profugum et inobedientem, oratio dicta fuit, post res infelicer Cheroneae gestas, anno circiter octauo, vel Olympiadis CXII. tertio v). Successum illius iudicii Aeschines his verbis exponit x): "Ετερος δὲ ἰδιώτης ἐκπλεύσας εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρῶην πότε εἰσηγγέλθη, καὶ ἴσαί αὐ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο. εἰ δὲ μιᾷ μόνον μετέπεσεν, ὑπὸριστ' ἂν ἢ ἀπέθανεν: Sed nos, de oratore magis, quam reo, solliciti, plurimas illum, tam bonae mentis ergaque patriam pietatis, quam Atticis propriae grauitatis et elegantiae, doctes complecti, rursus profitemur.

VIII. Vtriusque generis dotium, praeter residuam adhuc orationem, vel particula, felicis aduersus Lyficlem accusationis, a DIODORO Siculo seruata, significet, Γνωίη ἂν τις, praefatur historicus, αὐτοῦ, τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀξίαν καὶ πικρίαν, ἐν οἷς τοῦ Λυσικλέους κατηγορῶν λέγει: Digna sunt oratoris verba, quae iungantur: Ἐστρατήγεις, ὦ Λύσικλης, καὶ χιλίων μὲν πολιτῶν τετελευτηκότων, δισχιλίων δ' αἰχμαλώτων γεγενημένων, τροπαίου δὲ κατὰ τῆς πόλεως ἑστηκότος, τῆς δ' Ἑλλάδος ἀπάσης δουλευούσης, καὶ τούτων ἀπάντων γεγενημένων σού

μεδων. Ἰππαρχος. κατάνει τὰ πλοῖα ἐκ τρυταῖος
ATHENAEVS L. XIII. *interpres Aristophanis* in
PLVT. 182.

v) V. ipsa or. §. XI. in fin.

x) Contra Ctesiph. §. 93. Leocratem vero nostrum indicari, elarius addit, antiquus eius interpres nondum, quantum nouimus, editus, conf. TAYLOR in not. p. 319.

τοῦ ἡγουμένου καὶ στρατηγοῦντος, πολυμᾶς ζῆν, καὶ τὸ τοῦ ἡλίου Φῶς ὄρεᾶν, καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλειν, ὑπόμνημα γεγονὼς αἰσχύνῃς καὶ ὀνείδους τῇ πατρίδι; Profecto, sic, vt ex vngue leonem, ex hac sola particula, mirificum oratorem, agnoscimus.

X. Sed parcimus verbis, ad laudandum compositis, ipsum, quod restat, monumentum loquatur. Vnum est modo, quod adiectum fuisse non pigebit. Nempe, quem ad modum poetas imitatus est γ) noster; ita non amicum solum, sed et imitatore, idem ille reperit, principem oratorum Graecorum, DEMOSTHENEM x); neque minus Latinorum CICERONEM *): quod sane, quo dignus est, praeconio veluti cūmulum addet.


COMMENT-

γ) Conf. not. ad II, 10. PAVLLVS CORTESIUS de imitatione in HALLBAVERI collectione de imitat. oratoria p. 280.

x) THEON. in progymn. Δημοσθένῃς εἰς τὸν κατὰ Μειδίου τάτε Λυσίου καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων, καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως μετενήνοχε. conf. TAYLOR in notis ad DEMOSTHEN. or. contra Midiam p. 360.

*) e.g. pro Ros. Am. c. 20. cel.

quatuor-



COMMENTATIO II.
DE
LYCVRGI SCRIPTIS
ET
ILLORVM EDITIONIBVS.

Orationes Lycurgi commemorantes, non possumus non facere nostra, quae FABRICIVS habet l. c. Sic autem ille:

Orationum deperditarum tituli a MEYRSIO III. 3. *Attic. Lect.* et in *Bibliotheca Attica* obseruari hoc loco a me subiicientur Alphabetico ordine digesti ad inueniendi facilitatem.

1. Κατ' Αισχυρείου. HARPOCRAT. in πρώτη. SVIDAE πρὸς Ἰσχυρίαν, quod praefert MEYRSIVS.

2. Απολογισμὸς ὧν πεπολίτευται, siue ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. SVID. in Λυκούργου. PLVTARCH. PHOTIVS. HARPOCRAT.

3. Περὶ Αριστογέitonος. SVID. PLVTARCH. HARPOCRAT. LIBANIVS in argumento Orat. *Demosthenis contra eundem Aristogitonem.*

4. Κατ' Αὐτοκλέους in μηλόβολος.

5. Κατ' Αὐτολύκου δουλείας PLVTARCHVS.

6. Κατ' Αὐτολύκου τοῦ Αρειοπαγίτου, περὶ ἱερῶν. PLVTARCH. HARPOCR. SVID.

7. Κατὰ

7. Κατὰ Δημᾶδου τὸν Δημέου περὶ ἱερῶν. PLVTARCH. HARPOCR. ATHEN. Lib. XI. Scholiastes Comici ad Plutum.

8. Περί διοικήσεως. SVID. in Λυκοῦργος et ὀρχεῖον. HARPOCR. saepius.

9. Κατὰ Διφίλου PLVTARCH.

10. Περί τῆς ἱερείας. HARPOCRATIO frequentissime, et PRISCIANVS Lib. XVIII. et SVIDAS non vno loco, qui tamen in Λυκοῦργος legit ἱερατείας, quod praefert GISB. CUPERVS. p. 96. Var. Obseruat.

11. Πρὸς Ἰσχυρίαν. SVID. sed HARPOCRATIONI κατ' Ἰσχυρίου.

12. Κατὰ Λυκόφρονος α'. ATH. Lib. VI. HARPOCRAT. THEO progymnasm. Etymol. M. in ἐμποδῶν. APOSTOLIVS VIII. 20. prou. SVID. in μοχθηρία.

13. — — — β'. SVID. et HARPOCR. in ὀρχάνη.

14. Κατὰ Λυσικλέους στρατηγοῦ περὶ ἱερῶν. PLVTARCH. HARPOCRAT. et SVID. vbi male Πασικλέους.

15. Πρὸς τὰς Μαντείας siue περὶ μαντείων. SVID. in Λυκοῦργος et καυχᾶ.

16. Κατὰ μενεσαίχμου (SVID. in πραγματεία, Dinarchum κατὰ Μενάϊχμου et POLLUX Μενεσέμου, vitiose) περὶ ἱερῶν. PLVTARCH. HARPOCRATIO saepius, SVID. in πρωηροσία.

17. Κατὰ Πασικλέους. SVID. Sed legendum Λυσικλέους.

18. Κατὰ Τιμοκράτους. SVID. in πεπορημένος.

Quatuordecim tantum esse debebant, sed 1. et 11. eadem est, vti 14. et 17. Nec dubito 8. esse dimidiam partem tituli vnus ex reliquis: atque idem de 10. puto iudicium esse ferendum. His si oratio aduersus Leocratem addatur, numerus quindecim λόγων Lycurgi constabit. Fuerunt praeterea dubiae nonnullae, vt Διαδικασία κερωνιδῶν, πρὸς Κοιρωνίδας. Hanc PHILINO a nonnullis tributam testatur ΗΛΠΡΟCΡ. in κοιρωνίδαῃ κατὰ Δεξιππου. Id. in σύνδικοι.

Haecenus ille.

II. Cui temporum iniuria, vel soli, pepercit, oratio, tam seorsum, quam cum aliis, publicae, rarius licet, donata luci fuit. Nobis quidem innotuerunt, inter singulares editiones, vna PHILIPPI MELANCHTHONIS Graeca Wittenb. 1545. 8. quae recusa fuit Lipsiae 1568. 8. simulque Latina Francofurti 1548. 8. Communis hic Germaniae praeceptor praeclare, de Lycurgo, saepius interpretando, meruit, atque illum etiam, notabili praefatione, commendauit. Eadem vestigia pressit IOACHIMVS CAMERARIVS, qui tum orationem nostram Latinitate donauit, tum observationibus auxit, de quibus nondum publicis laboribus, FABRICIVS loquitur *B. Gr.* XIII. p. 531.

III. Inter coniunctas sunt:

1. Aldi Manutii, quae Aeschinis, Lyfiae, Alcidasantis, Antisthenis, Demadis, Andocidis, Isaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi,

curgi, Gorgiae, Lesbonactis et Herodis orationes, cum Aeschinis et Lysiae vita, et Apollonii in Aeschinem ἐξηγήσεις, et orationum argumentis, prodierunt, Vener. 1513. fol.

2. Io. Loniceri, qui, et Latine versam, cum Demosthenis oratione pro pace, publicauit, Basil. 1548. 8.

3. H. Stephani, vbi reperiuntur, oratorum vererum orationes, Aeschinis, Lysiae, Andocidis, Isaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Herodis, Demadis, Antisthenis, Alcidasantis et Gorgiae. Graece cum castigationibus, et separatim Latine Aeschinis orationes III. ex versione Hieron. Wolfii, Demosthenis pro Cresiphonte, Dionysio Lambino; Lysiae pro caede Eratosthenis, H. Stephano, in Eratosth. et in Alcibiadem et in negotiatores frumentarios, Claud. Groularto interprete. Paris. 1575. fol.

4. Hanouiana de anno 1619. in 8. Gr. et Lat., cum interpretatione LONICERI, orationibus Dinarchi, Lesbonactis, Herodis et Demadis iuncta, edente IANO GRVTERO conf. TOB. MAGIRI *eponymologium criticum* (ed. 1687.) P. 544.

5. Recentissimae TAYLORI titulus est: orationes duae, vna Demosthenis contra Midiam, altera Lycurgi contra Leocratem, Graece et Latine. Recensuit, emendauit, notasque addidit IOANNES TAYLOR LL. D. Coll. D. Ioan. Cant. Soc. Cantabr. Cantabrigiae typis academicis, in forma octies partita maiore, quam et in actis eruditorum Latinis indicatam re-

perimus, anno 1748. p. 54. sqq. vbi, *proprie pulchritudinem copiamque, dignissima lectu dicitur oratio.*

III. Patebit ex hisce dictis secundam esse nostram, nisi fallimur omnino, singularem editionem Lycurgi. Cui quidem facillimum fuisset, aut repetitam et emendatam, aut planam, interpretationem Latinam adiungere. Sed, consultius fore putamus, incrementum linguae Graecae, causa studiosaeque iuventutis emolumentorum, istud asylum vix pigritiae de medio tolli, cuius locus contentum illustrantibus observationibus concedi potuit: quae quidem, si studiosius euoluantur, una cum ceteris auxiliis, adhibitis sedulo, parum aut nihil difficultatis relinquent. Scilicet, vbi fatendum quod res est, non segregamus opinionem ab illis, qui, plus obfuso vulgo, quam profuisse litteris, adstrictas huiusmodi versiones, arbitrantur: tantum ab eis, ut habeant interpretes, cur se iactent, ac vnde ideo primi subsellii litteraris inferant, quoniam alteram linguam intelligunt, altera scribere possunt. Sane, parum est, quod sic illis concedimus. Et, si vel equitare doceant, in arduum longae; non tamen, nisi pueros, docerent; neque, quod haud frangi facile possunt, exhibebunt. Non indignabuntur, confidit, secum habitantes. Haud omnem illis usum denegamus: sed nec ab usum infitiamur; neque ultra, quam capere valent, euehimus, neque plane contemnendos, si modesti fuerint, habemus.

mi

miles autem et abiectos, sin adrogantes. Nos vero quae commouit, alia similiter est ratio. Pensa subinde distribuuntur adolefcentibus Germanica, Latinis verbis reddenda. Hac de consuetudine quid sentiam, in obseruationibus ad celeberrimi HALIBAVERI *desideria scholastica*, significauī. Non equidem facile cum aliis contendo; nec tritam semel viam deferō. Mea tamen, si quid valet, opinio: vel suas mentis cogitationes, quales demum cumque, verbis statim Latinis includere; vel e Graeco Latinum in sermonem aliquid vertere, praestabit. Maior est horum consensio; neque tam proum, imbibendi cum virtute vitium, ac Germanismos admiscendi, periculum. Duplex praeterea commodum superat simplex. Illud lingua pollicetur ignotior, notior istud. Quin igitur potius eius modi Graecos scriptores discipulis nostris proponamus: seponamus autem, antea nominatim in calamus dictandas, exercitationes Germanicas; simul ac in nostrum e Latino sermone pensis conuertendis, et imitationibus iungendis, satis iam fuerint exercitati. Sunt illae rationes, ad omittendam interpretationem, quae me compulerunt; num iustae satis, viderint alii. Sic et cetera, nostram editionem quae respiciunt, nec in praefatione, vel in commentationibus reliquis, adnotanda curamus, ipsius rei dum testimonium adest, aequis lectoribus, tam lustranda, quam diiudicanda, permittemus.



COMMENTATIO III.
DE
DOCTRINA MORVM
SIVE
DE SENTENTIIS LYCVRGI.

Oratorum in primis est animos mouere. Huc argumenta faciunt moralia; tam ex instituto persequenda, quam orationibus, elegantiae, ponderis, ornatus ergo, subinde miscenda. Posteriores ad speciem, referuntur sententiae, tamquam in mundo gemmae, tamquam in cibis condimenta, tempestiue cumque iudicio, miscendae.

II. Lycurgi quod adinet ad orationem, ea tota moralis est, generis quippe iuridicalis; neque, peculiaribus Atticorum ornamentis, acutioribus ac breuioribus sententiis, licet facetias et dicacitatem grauitas viri prohibuerit, omnino destituitur.

III. Ostendemus illud, obiter quidem, non solum, ad ordinem orationis, Larinas sententias, subiiciendo, rem eandem designantes, effataque sacra, simul illustrationis ergo, coniungendo; sed etiam, indidem velut actinae Lycurgi doctrinae, συναρπαζι ueliciendo.

III. IOACHIMI quidem CAMERARII *libellus exstat gnomologicus, bonarum utiliumque sententiarum,*

rum, generalē expositionē Græcā Latināque continens, ad puerilem quidē institutionē accommodatā, sed qui tamen adultioribus quoque opportunus esse possit. Lipsiæ, sine anni nota, Græce et, ad calcem commentationis, Latine publicatus, ubi p. 85. ex Lycurgo pariter, vel duæ sententiæ reperiuntur: sed, nunc tum abest, ut illi nos quidquam debeamus, et commune cum eodem habeamus; ut notitia huius libelli, quem quidē nunc ipsi possidemus, non nisi post huius commentationis elaborationem, acceperimus, et unicuique collatio demonstrare valeat contrarium.

V. At tamen, unum erit, quod debere possim, veluti præiudicium ille gravissimus harum rerum arbiter, huic occupationi nostræ largietur, quo ceterorum consensio tanto facilius eliciatur. Nihil minus, fore confidimus neminem, quin utilitatem huiusmodi sententiarum, et partim quasi probiorum, quam et alibi stabilire meminimus, sine talibus auctoritatibus, perspiciat.

VI. Hinc ambitu verbosiore neglecto, potius ad rem ipsam accedamus.

- I. II, 1. Ὁ Φέλιμόν ἐστι τῇ πέλει εἶναι τοὺς κρείττους ἐν ταύτῃ τοὺς παρανομοῦντας. Damnari nemo sine accusatore potest. Gen. XXXVII, 2. Mat. XVIII, 7. At tamen II, 7. Πολύτου ἐστὶ δίκαιον μὴ, διὰ τὰς ἰδίας ἐχθρας, εἰς τὰς καινὰς κρείττους καθιστάναι τοὺς τὴν πέλιν μηδὲν ἀδικοῦντας.

Isthic est thesaurus stultis in lingua situs,

Ut quæsitui habeant vale loqui melioribus.

Plautus in Poenulo III, 3, 12. conf. Pl. XV, 3.

2. Ib. Τοὺς εἰς τὴν πατρίδα τι παρανομοῦντας ἰδ

- ἐχθροὺς εἶναι νομίζειν (πολίτου ἐστὶ δικαίου) *Lac-*
dunt singulos, qui omnes. Pl. CI, 3. 19.
3. III, 12. Δύο ἐστὶ τὰ παιδεύοντα τοὺς νέους, ἡ δὲ
 τῶν ἀδικούντων τιμωρία, καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς
 ἀγαθοῖς διδομένη δωρεά. *Praemio et poena res pu-*
blica continetur, vel: poenae ac praemia sunt inci-
tamenta. I Petr. II, 14.
4. III, 1. Δεῖ μὴδὲν περὶ πλείονος ποιήσασθαι τοῦ
 δικαίου. *Fiat iustitia, et pereat mundus. Prou.*
XIII, 34. Pl. LXXXIII, 15.
5. VIII, 1. Ὁ δὲ εἰκάζοντας ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν
 εἰδότες ψηφίζεσθαι. *Iudicium sequitur cognitio-*
nem. Io. VII, 24. conf. Plin. I. ep. 10. Seneca in
Medea 2, 199.
6. VIII, 3. Ὁ τῶν πάντων ἑλεγχὼν φυχῶν, ὡμολό-
 γηκεν ἀληθῆ εἶναι εἰσηγγελμένα; *Inquisitionis fu-*
ga, confessio facti. Pl. CXXXIII, 2.
7. X, 2. Συκοφαντεῖν ἐπιχειρούντων ἔργον ἐστὶ — ζη-
 τῆν τὰ χαρεῖα ταῦτα ἐν οἷς τοὺς παραλογισμοὺς
 κατὰ τῶν ἀγωνιζομένων ποιήσονται. *Similis simili*
gaudet. it. Cic. Cat. M. c. 3. Plin. III. ep. 15.
Liv. I, 46. Pl. XII, 9.
8. X, 6. Ἀπλοῦν τὸ δίκαιον. *Simplicitas est amica le-*
gibus. Prou. I, 3.
9. ib. Ῥάδιον τὸ ἀληθές. *Veritatis simplex oratio.*
Prou. XII, 19.
10. XII, 3. Ἐπαινος μόνος ἄθλον τῶν κινδύνων τοῖς
 ἀγαθοῖς.
Ipsa quidem virtus sibi met pulcerrima merces
Dulce tamen venit ad manes cum gloria vitae
Durat apud superos, nec edunt obliuia laudem.
Sil. Ital. XIII, 663. Rom. II, 29.
11. XII, 2. Αἱ τῶν ἀγαθῶν εὐλογία τὸν ἑλεγχου
 σαφῆ,

- σαφῆ, κατὰ τῶν τ' αναντία ἐπιτηδεύοντων ποιούσι.
Decus bonorum, malorum dedecus. Pl. CXII, 9. 10.
12. XII, 7. Ἀθλα τοῦ πολέμου τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐστὶν ἐλευθερία καὶ ἀρετή. Virescit vulnere virtus. VIRGIL. 1 Sam. III, 9.
13. XII, 9. Τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις καλῶς ἀποθνήσκοντας οὐδ' ἂν εἰς ἡττηθῆναι δικαίως φήσεις. Dulce et decorum est pro patria mori. HOR. III. od. 2. v. 13. 2 Sam. I, 23.
14. ib. Ὅι δουλείαν Φεύγοντες εὐκλεᾶ θάνατον αἰροῦνται. Praestat honeste mori, quam inhoneste vivere. SYR. XXX, 29. ISOCR. ad Nic. §. 79. 81.
15. XII, 12. Οὐκ ἰδίᾳ πολεμοῦντες, ἀλλ' ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας περικινδυνεύοντες. Salus publica suprema lex esto, vel potius: Salus publica minis tre arma. 1 Sam. XVIII, 17.
16. XII, 16. Τοῖς ἐνεργέταις μεγίστας τιμὰς ἀπονέμετε. Beneficium accipere est libertatem vendere. PUBL. SYR. vel. Improbus est homo, qui beneficium scit sumere et reddere nescit. PLAVTVS in Persa 5, 1, 10. Pl. CIII, 2. Sir. XXVIII, 18.
17. ib. Δίκαιον τοὺς τὴν πατρίδα κατασχύνοντας καὶ παραδιδόντας ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις κολάζειν. Damnamus, luce reperta, perfidiam. CLAUDIAN. de bello Gildon. v. 260. vel: Qui misereri proditoris potest, crudelis est. QVINCTIL. declam. CCCVII. Hinc DEMOSTHENES: πρῶτους ἑαυτοὺς οἱ προδόται παλοῦσιν. V. PLVTARCH. in Demosthenis vita sub finem. Ezech. XXII, 9. 14. 199. Sir. XXVI, 7.
18. XV, 5. Ἐκ τοῦ κακῶς πράττειν μεταβολῆς τυχεῖν ἐπὶ τὸ βέλτιον εἰκός ἐστιν. Imma permutat brevis hora summis. SENECA Thyest. v. 595. 2 Petr. II, 9.

19. XV, 6. Ἀνθρώπων ζῶντι ἐλπίς ἐκ τοῦ κακῶς
 ξοῇ μεταπεσεῖν. Dum speramus, speramus
 Aegrotō, dum anima est, spes est. CIC. ad
 VIII, 10. Spem retine: spes una hominem nec
 relinquit. CANTO II, 25. Cohel. VIII, 4.
20. ib. Τελευτήσαντι συναναιρέται πάντα,
 ἂν τις εὐδαιμονήσκειν. Mors certe aequabit
 pecunia superavit. PLIN. H. N. VIII, 4.
 Sceptra ligonibus aequat. HILDEBERTV
 VIII, 21. sqq.
21. XVI, 4. Ἡ πόλις οἰκεῖται κατὰ τὴν ἰδίαν
 στων μοῖραν φυλαττομένη. Vis coniuncta f
 Ier. XXVIII, 7.
22. XVI, 6. Ρᾶδιόν ἐστιν πρὸς τὰς τῶν ἀρχα
 μοθετῶν διανοίας ἀποβλέποντας τὴν ἀλ
 εὔρεῖν. Lustranda mens est. EL. XXXIII, 16.
23. XVI, 11. Πέφυκε τὸ ἀδίκημα ἐπὶ πλείο
 μέγα βλάπτειν τοὺς ἀνθρώπους.
 Principus obsta: sero medicina paratur;
 Dum mala per longas conualuere mora
 ONIDIVS de remed. am. I. 91. vel: Omne
 nascens facile opprimitur, inueteratum fir
 que robustius. CIC. Phil. V. c. 11. Gen. III,
24. XVII, 5. Περιγινώμεθα καὶ τῶν πολεμ
 τῶν συμμάχων ἐκατέρων προσῆκε τοὺς μ
 γεταῦντες, τοὺς δὲ μαχόμενοι νικῶντες.
 amor socios: hostes virtute fugemus. PL. C
 8. 2.
25. XVII, 14. Χρὴ, ὥσπερ τοὺς ἀγαθοὺς ἐπ
 καὶ τιμᾶτε, οὕτω καὶ τοὺς κακοὺς μισεῖν
 κολάζειν. Virtutes lauda, vitiumque odisse
 to. PL. CI, 6. sqq.
26. XVIII, 2. Ἐγκώμιόν, εἰσι τῆς πόλεως

- καὶ νόμοι, καὶ τὰ ἔθνη τῶν ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κατασκευασάντων. Legibus antiquis res stat Romana virisque. ENNIUS. Iob. VIII, 8. 199.
27. ib. Νόμοις ἂν προσέχητε, τὰ δίκαια ποιήσετε. Exemplis non est iudicandum, sed legibus. EL. VIII, 20.
28. ib. Τὰ δίκαια ποιήσונτες καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σεμνοὶ καὶ ἄξιαι τῆς πόλεως δόξετ' εἶναι. Fundamentum perpetuae commendationis et famae est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. CIC. off. II, 20. conf. III, 6. Rom. XIII, 17. 18.
29. XVIII, 1. Τὸ συνέχον τὴν δημοκρατίαν ὄρκος ἐστίν. Ius iurandum conservandum. CIC. off. III, 27. Sic et τὰ ἐνδαιζόμενα τῶν πραγμάτων, ἐρκῶ διακρίνεται, καὶ τὰ ἀβέβαια βεβαιοῦται, καὶ τὰ ἄπιστα λαμβάνει πίστιν. PHILO de Iosophiis, it. ὄρκος τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀπάντων ὑστατόν τε καὶ ἐχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τῆς ἐς ἀλλήλους πίστεως τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον. PROCORIVS L. II. Persic. Ebr. VI, 16.
30. XVIII, 2. Τρία ἐστίν, ἐξ ὧν ἡ πολυτεία συνέστηκεν, ὁ ἄρχων, ὁ δικαστής, ὁ ἰδιώτης. Per principem et ciuem, per iudicem et fas, conservatur ciuitas. Prou. XI, 14.
31. XVIII, 5. Αὐτὸς, οἱ παῖδες γε καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιπορήσαντος μεγάλαις αὐτοχρήμασι περιπίπτει, it. τοὺς Θεοὺς οὐτ' ἂν ἐπιπορήσας τις λάθοι, οὐτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν.
- Ah miser ! etsi quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis poena venit pedibus.
- TIBULLVS I, 9. 3. Ὁ λόγος ἀμαρτάνομεν, ἔργον τὴν τιμωρίαν ὑφείκομεν. SIMOCATTA ep. LXVI. Sir. XXIII, 11. Prou. XVIII, 5.

32. XVIII, 9. Μείναντες ἐν ἔργῳ πάντες καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐνοίαν μετ' αὐτῶν ἔσχον βοηθόν.

Non boue maclato caelestia numina gaudent;
Sed, quae praestanda est et sine teste, fide.

ONID. ep. her. XVIII. Pl. XV, 4.

33. XVIII, 11. Τὴν κοινὴν καὶ μετὰ πολλῶν πόνων συνειλεγμένην εὐκλείαν μὴ καταλυτέον. Famam seruare memento. vel: Famae ac fidei damna maiora sunt, quam quae aestimari possunt. LIV. III, 71. fin. I Cor. IX, 15.

34. XX, 2. Παλαιῶν παραδείγμασι χρώμενοι βέλτιον βουλεύσεσθε, vel: 24, 2. ΕΦ' οἷς παλαιοὶ ποιοῦντες ἐφιλοτιμοῦντο, ταῦτα δικαίως ἂν ὑμεῖς ἀκούσαντες ἀποδέχοισθε. Nihil recte, sine exemplo, docetur aut discitur, COLUMELLA XI, 1. Multorum disce exemplo quae facta sequaris, Quae fugias CATO III, 14. conf. SEN. ep. 6. Sir. II, 10. Pl. LXXVIII, 3, 4.

35. XX, 3. Μέγιστον ἀγαθὸν καλῶν ἔργων παράδειγμα γεγονέναι τοῖς ἄλλοις. Virtus praemium est optimum, PLAVTVS vel: Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. CIC. ad diu. VIII, 14. conf. pro Milone c. 35. §. 96. sq. ISOCR. ad Nic. 68. 78. I Petr. II, 12.

36. XX, 7. Καὶ τοὺς ἐξωθεν ἀνθρώπους εὖνους ἔχοντες διατελῶμεν. Manus manum lauat. vel: Omnibus amicus, paucis familiaris. ROM. XII, 18.

37. XX, 18. Οὐδὲ καλὸν τὴν αὐτὴν (χώραν) καλύπτειν τοὺς τῇ ἀρετῇ διαφέροντας καὶ τὸν κάκιστον πάντων ἀνθρώπων. it. XXII, 4. Δεινὸν εἶη ταῦτα σημεῖα τοῖς εὐσεβέσι καὶ τοῖς κακούργοις φαίνοντα. Vnica praua pecus inficit omne pecus, vel:

Non

Non intret molam, qui vult vitare farinam. 2 Tim. III, 5. vel Luc. XVI, 25. sq.

38. XXI, 6. Οἱ θεοὶ οὐδὲν πρότερον ποιοῦσι ἢ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων διάνοιαν παράγουσι. Dignum patella operculum. 2 Tim III, 3.

39. XXII, 3. Τὸ τῶν νόμων τοῖς ἡδικηκόσι τυχεῖν, τιμωρία ἐστίν. it. ὁ θεὸς ὀρθῶς ἀπέδωκε τοῖς ἡδικημένοις κολάσαι τὸν αἴτιον. Furiae semper virgines. vel: Culpam poena premit comes. H O R. III. od. 2. v. 31. Rom. II, 12. sq.

40. XXII, 5. Ἐγούμαθ' ἐγώ γε τὴν τοῦ θεοῦ ἐπιμέλειαν πάσας μὲν ταῖς ἀνθρωπίναις πράξεις ἐπισκοπεῖν, μάλιστα δὲ τὴν περὶ τοὺς γονεάς, καὶ τοὺς τετελευτηκότας, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς εὐσέβειαν. DEVS curat suos. Sap. III, 9. Matth. VI, 26.

41. XXII, 6. Παρ' ὧν τὴν ἀρχὴν τοῦ ζῆν εἰλήφαμεν, καὶ πλεῖστα ἀγαθὰ πεπένθαμεν, εἰς τούτους μὴ ὅτι ἀμαρτεῖν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἐνεργοῦντας τὸν αὐτῶν βίον καταναλῶσαι, μέγιστον ἀσέβημά ἐστι. Ingrato homine terra peius nil creat. L V S O N I V S. Sir. VII, 29. Eph. VI, 1. sqq.

42. XXIII, 3. Τὸ Θεῶν ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς εὐμενῶς ἔχει. Bonis a bono omnia in bonum. Gen. IV, 7. Pí. XXXVII, 37.

43. ib. Λέγεται τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἅπαντας ἐγκαταλιπόντας ἀπολέσθαι. Vid. n. 41. it. Audit carnificem nolens audire parentem, vel: Filius ni pareat patri habiturus infortunium. L I V. I, 50. Prou. XXX, 17.

44. XXII, 4. Δεῖ κολάζειν τὸν ἀνδικήμασιν ἐνοχον ὄντα κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος. Vid. n. 39. it. Vi selementem feceris, ita et metes. C I C. de Orat. II, 65. Gal. VI, 7.

45. XXIII, 7. Συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τῷ τὴν πατρίδα Φιλεῖν. Patriae fumus lucentior alieno igne. Est omnino patriae caritas meo quidem iudicio maxima. CIC. IX. ep. 5.

Prima mihi sit cura Dei sit cura parentum

Sit patriae studium consuluisse meae.

- STROZ. fil. L. II. am. el. 2. v. 75. Ἀναγκαίως ἔχει πατρίδος ἐρεῖν ἅπαντας. EURIP. in Phoeniss. v. 361. Ἡ δὲ πατεῖς ἢ μητεῖς (ὡς Κρητες καλοῦσι) πρεσβύτερα καὶ μείζονα δίκαια γονέων ἔχει. PLUTARCH. an seni gerenda res. Καὶ μείζον ὅστις ἀντὶ τῆς αὐτοῦ πατρὸς Φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμῶν λέγω. SOPHOCLE. in Antigone. v. 188. Phil. III, 20. Ebr. XIII, 14.

46. XXX, 31. Μετὰ πολλῶν παραδειγμάτων διδάσκειν ἑαδίων. Longum iter est per praecepta, breue et efficax per exempla. SENECA ep. VI. Phil. III, 17

47. XXX, 35. Δεῖ ζῆν τοὺς πολίτας ὥστε μηδ' εἰς ὑποψίαν ἐλθεῖν μηδένα. Omnes bonos bonasque accurare addecet, suspicionem et culpam ut ab se segregent. PLAVTUS Trinum. I, 2. 41. vel: Nec vero crimine laedar. Nec maculer dubio: paullum distare videntur. Suspectus vereque reus. PONT. PAULINUS precat. ad DEVM, v. 62. 1 Thess. V, 22.

48. XXX, 38. Τῶν μὲν ἄλλων ἀδικημάτων ὑστέρας δεῖ τετάχθαι τὰς τιμωρίας, προδοσίας δὲ καὶ δήμου καταλύσεως προτέρας. Serum est cauendi tempus in mediis malis. Sir. XXII, 6. Eph. V, 11.

49. XXXI, 4. Μὴ οἴεσθε τῶν μὲν οὐσιῶν, ἃς ἂν εἰ πρόγονοι καταλίπωσι, κληρονόμοι εἶναι, τῶν δὲ ὅρκων καὶ τῆς πίστεως μὴ κληρονομεῖν. Vid. p. 34. Dos

Dosest magna parentum virtus. HORATIVS, vel:
Bene natis turpe est male vivere. 2 Reg. XXII, 2.

50. XXXI, 4. Πίστιν δόντες ἔμμερον τῷ Θεῷ τῆς εὐδαιμονίας μετείχον. Vid. n. 32. et 42. Fides praeuallet diuitiis. vel: Homines eis conciliantur amiciores, et his studere consueverunt, quos conservare fidem vident. NEPOS XVII, 2. 5. Sir. XLII, 3. 1 Tim. III, 11.

51. XXXII, 3. 'Οὐδ' αἰ παρὰ τῶν Θεῶν ἐπικουρία τοῖς προδόταις βοηθεῖσιν. Illius rei DEVS est ultor, cuius non est auctor, EVLGENT. vel: Ante DEI vultum nihil umquam restat inultum. 1 Reg. II, 28. sqq.

